

*Clari-  
fifi-  
catio  
est or-  
natus  
nu-  
ptia-  
lis.* Spiritus, ut requiescant à laboribus suis. VII.  
Quia nō licet mortalib⁹ & obnoxijis istis  
oculis Dei gloriam adspicere, aut caduco  
corpore cœlum novum & terram novam  
possidere: idcirco equo animo debemus  
exuere terrenum habitaculum, ut cœle-  
sti & spirituali corpore superinduamur.  
An vero ea nō illustris est Dei misericor-  
dia, quod pro sordidis & pannosis lacer-  
nis, vestem splendidam, sacerdotalem, &  
divinam nobis dat, vt apto & decoro ha-  
bitu nuptijs æternis interesse, Sabbathū  
perpetuum celebrare, & sanctum san-  
ctorum ingredi possimus?

## CAPUT LVIII.

COELUM TOTUMQUE A DEO MUN-  
dum cum omnibus naturalib⁹ potentijs  
fidei & orationi verorum Christia-  
norum subesse.

Jerem. 10. *A signis cœli nolite metuerere  
quæ timent gentes.*

**N**ON pauci insignes Philosophi, &  
Theologi editis libris contra Astro-  
logiam clari, magna congerie argu-  
mentorum in speciem plausibilium de-  
monstrare sunt conati, illorum doctrinā  
cū injuria omnipotentia, providentia,  
& æconomia divinæ conjunctam esse,

qui